



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

10. Quod dictum de periculo mortis evitando, idem dicendum de quocumq[ue] gravi damno, Exilio, Triremium gravis infamiae, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

grave damnum evitandum veritatem vel absolute , vel cum æquivocatione mentisque restrictione negare queat : ratione cuius sit.

## PROPOSITIO X.

Quod dictum de periculo mortis evitan-  
do, idem dicendum de quocunq; gravi-  
damno, Exilio, Triremium gravis  
infamiae, &c.

19. **Q**uod dictum est inquit assertor de periculo vita extenditur communiter ad quodcunq; grave damnum & malum: puta exilium, bonorum amissionem, triremes, gravem infamiam &c. Cujus rationem mox subjungit: quia ad hanc tam graviam mala perinde ac ad mortem avertendam jus naturæ nos armat, imò nos urget. Ex quo consequenter vult inferre rationem prævie adductam, scilicet superiorē non esse superiorē. Quod si quæras , quid dicendum si agatur de levi malo vitando? Respondeo inquit idem Author à mortali fortassis excusandus esses,

Bb 4      quamvis

quamvis contrarius sit de Lugo. Ratio esse potest, vel quia de Jure naturæ videtur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam: vel quia, si agitur de pœna levi infligenda, videtur & leve, & non rigorosum superioris præceptum: vel quia ex negatione talis veritatis non oritur grave malum reipublicæ, si solum levis pœna sit imponenda. Ecce rationes & assertiones tres, quibus omnis superiorum potestas radicitus quodammodo evertitur, & enervatur. Si verum est, de Jure naturæ nulli licere sibi vel leve vulnus infligere, an ergo est de Jure naturæ gravissimum & lethale sibi vulnus infligere, & gladio lingua iniquæ, & mendacis, animam simul & corpus trucidare? si Judici & superiori aliquid, unde grave vel leve malum & incommode oritur, parendum non est, quando & in quo parendum erit? Certe de his bene dixit *Isaias cap. 30*. *Populus ad iracundiam provocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia. &c.*

Epilogus.